

Lateinische Lektüre: Properz, Tibull

[zur Elegie] 1. Quintilian, inst. 10,1,93

Elegia quoque Graecos prouocamus, cuius mihi tersus atque elegans maxime uidetur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius utroque lasciuior, sicut durior Gallus.

2. Ovid, trist. 4,10, 51–54

Vergilium vidi tantum, nec avara Tibullo 51
tempus amicitiae fata dedere meae.
successor fuit hic tibi, Galle, Propertius illi;
quartus ab his serie temporis ipse fui.

3. Apuleius, apol. 10

Eadem igitur opera accusent C. Catullum, quod Lesbiam pro Clodia nominarit [...], et Propertium, qui Cynthiam dicat, Hostiam dissimulet, et Tibullum, quod ei sit Plania in animo, Delia in uersu.

[zu Properz] 4. Properz 1,22,1–3. 9–10

Qualis et unde genus, qui sint mihi, Tulle, Penates, 1
quaeris pro nostra semper amicitia.
Si Perusina tibi patriae sunt nota sepulcra,
[...]
proxima supposito contingens Umbria campo 9
me genuit terris fertilis uberibus.

5. Martial 14,189. 186. 192

Monobyblos Properti

Cynthia – facundi carmen iuvenale Properti –
accepit famam, non minus ipsa dedit.

Vergilius in membranis

Quam brevis inmensum cepit membrana Maronem!
ipsius vultus prima tabella gerit.

Ovidi Metamorphosis in membranis

Haec tibi, multiplici quae structa est massa tabella,
carmina Nasonis quinque decemque gerit.

6. Plinius, epist. 9,22,1–2

Magna me sollicitudine adfecit Passenni Pauli uoletudo, et quidem plurimis iustissimisque de causis. Vir est optimus honestissimus, nostri amantissimus; praeterea in litteris ueteres aemulatur exprimit reddit, Propertium in primis, a quo genus ducit, uera suboles eoque simillima illi in quo ille praecipuus. Si elegos eius in manus sumpseris, leges opus tersum molle iucundum, et plane in Properti domo scriptum.

Vgl. Horaz, epist. 2,2,91–92. 99–101:

Carmina compono, hic elegos: „Mirabile visu
Caelatumque novem Musis opus!“ [...]
Discedo Alcaeus puncto illius, ille meo quis?
Quis nisi Callimachus? si plus adposcere visus,
Fit Mimnermus et optivo cognomine crescit.

[zu Tibull] 7. Epigramm des Domitius Marsus

Te quoque Vergilio comitem non aequa, Tibulle
mors iuvenem campos misit ad Elysios,
ne foret aut elegis molles qui fleret amores
aut caneret forti regia bella pede.

8. Vita Tibulli

Albius Tibullus, eques Romanus, insignis forma cultuque corporis observabilis, ante alios Corvinum Messallam oratorem dilexit, cuius etiam contubernalis Aquitanico bello militaribus donis donatus est. hic multorum iudicio principem inter elegiographos obtinet locum. epistolae quoque eius amatoriae, quamquam breves, omnino utiles sunt. obiit adulescens, ut indicat epigramma supra scriptum.

9. Tibull 1,3,1–4

Ibitis Aegaeas sine me, Messala, per undas,
O utinam memores ipse cohorsque mei.
Me tenet ignotis aegrum Phaeacia terris:
Abstineas avidas Mors modo nigra manus.

Τὸν με Πόθοις ἄτρωτον ὑπὸ στέρνοισι Μυῖσκος
 ὄμμασι τοξεύσας τοῦτ' ἐβόησεν ἔπος·
 „Τὸν θρασὺν εἶλον ἐγώ· τὸ δ' ἐπ' ὀφρύσι κεῖνο φρύαγμα
 σκηπτροφόρου σοφίας ἠνίδε ποσσὶ πατῶ.“
 τῷ δ', ὅσον ἀμπνεύσας, τόδ' ἔφην· “Φίλε κοῦρε, τί θαμβεῖς; 5
 καὐτὸν ἀπ' Οὐλύμπου Ζῆνα καθεῖλεν Ἔρως.”

Von Liebesgöttern unverletzt war ich [~ 2 *contactum nullis ante Cupidinibus*], da traf mich Myiskos mit seinen Augenpfeilen [~ 1 *suis ocellis*] in die Brust und rief dies Wort: / „Den Trotzigen fing ich ein [~1 *cepit*], und jenen Stolz herrischer Weisheit über den Brauen [~ 3 *constantis lumina fastus*], sieh da, trete ich mit Füßen [~ 4 *impositis pressit Amor pedibus*].“ / Sobald ich zu Atem gekommen war, erwiderte ich ihm: „Lieber Knabe, was staunst Du? Brachte doch Eros sogar Zeus vom Olymp herab.“

11. Ovid, ars 2,185–196 [*nachgiebiges Verhalten führt zum Erfolg*]

Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta?
 Succubuit meritis trux tamen illa viri. 185
 Saepe suos casus nec mitia facta puellae
 Flesse sub arboribus Milaniona ferunt;
 Saepe tulit iusso fallacia retia collo,
 Saepe fera torvos cuspide fixit apros:
 Sensit et Hylaei contentum saucius arcum: 190
 Sed tamen hoc arcu notior alter erat.
 Non te Maenalias armatum scandere silvas,
 Nec iubeo collo retia ferre tuo:
 Pectora nec missis iubeo praeberere sagittis;
 Artis erunt caetae mollia iussa meae. 195

12. Ovid, am. 3,2,27–30

invida vestis eras, quae tam bona crura tegebas; 27
 quoque magis spectes – invida vestis eras!
 talia Milanion Atalantes crura fugacis
 optavit manibus sustinuisse suis. 30

13. Ovid, ars 3,771–776

Nota sibi sit quaeque: modos a corpore certos 771
 Sumite: non omnes una figura decet.
 [...]
 Milanion umeris Atalantes crura ferebat: 775
 Si bona sunt, hoc sunt aspicienda modo.

14. Tibull 1,2,43–46. 61–64

Nec tamen huic credet coniunx tuus, ut mihi verax 43
 Pollicita est magico saga ministerio.
 Hanc ego **de caelo ducentem sidera** vidi, 45
Fluminis haec **rapidi carmine vertit iter**,
 [...]

 Quid, credam? nempe haec eadem se dixit **amores** 61
Cantibus aut herbis solvere posse meos,
 Et me lustravit taedis, et nocte serena
Concidit ad magicos hostia pulla deos.

[zu Pr. 1,3] 15. Anthologia Palatina 5,275 (Paulos Silentarios, 1. H. 6. Jh. n. Chr.; wohl nach hellenistischem Vorbild)

Δειελινῶ χαρίεσσα Μενεκρατὶς ἔκχυτος ὕπνῳ
 κεῖτο περὶ κροτάφους πῆχυν ἐλιζαμένη.
 τολμήσας δ' ἐπέβην λεχέων ὕπερ· ὥς δὲ κελεύθου
 ἥμισυ κυπριδῆς ἦνυον ἀσπασίως,
 ἢ παῖς ἐξ ὕπνοιο διέγρετο, χερσὶ δὲ λευκαῖς 5
 κράτος ἡμετέρου πᾶσαν ἔτιλλε κόμην·
 μαρναμένης δὲ τὸ λοιπὸν ἀνύσσαμεν ἔργον ἔρωτος,
 ἢ δ' ὑποπιπλαμένη δάκρυσιν εἶπε τάδε·
 „Σχέτλιε, νῦν μὲν ἔρεξας, ὅ τοι φίλον, ᾧ ἔπι πουλὺν
 πολλάκι σῆς παλάμης χρυσὸν ἀπωμοσάμην· 10
 οἰχόμενος δ' ἄλλην ὑποκόλπιον εὐθὺς ἐλίξεις·
 ἐστὲ γὰρ ἀπλήστου κύπριδος ἐργατῖναι.“

Mittag war es. Die hübsche Menekratis ruhte im Schlummer,
 und um die Schläfen im Rund hatte den Arm sie geschmiegt.
 Keck da trat ich hinzu und stieg auf ihr Bette; doch als ich
 eben die wonnige Fahrt Kyprias halb schon vollbracht,
 da erwachte das Kind empor aus dem Schlummer, und jählings
 fuhr sie mit schimmernder Hand raufend und wild mir ins Haar.
 Doch wie sehr sie auch rang, ich schaffte den Rest meiner Liebe;
 sie aber, tränenbenetzt, sagte die Worte zu mir:
 „Böser, nun hast du erreicht, was dein Sinnen begehrte und was ich,
 ob du auch Fülle von Gold oft mir geboten, verschwor.
 Ja, nun gehst du von hier und drückst eine andre ans Herze;
 niemals werdet ihr satt, Kyprias Werke zu tun.“

(Übersetzung: H. Beckby)

16. Ovid, fast. 2,345–350

ascendit spondaque sibi propiore recumbit, 345
et tumidum cornu durius inguen erat.
interea tunicas ora subducit ab ima:
horrebant densis aspera crura pilis.
cetera temptantem subito Tirynthius heros
reppulit: e summo decedit ille toro. 350

17. Ovid, ars 1,669–670

Oscula qui sumpsit, si non et cetera sumet, 669
Haec quoque, quae data sunt, perdere dignus erit.

[zu Tib.1,1] 18. Catull 62,49–58 (Hochzeitsgedicht¹)

Ut vidua in nudo **vitis** quae nascitur arvo,
numquam se extollit, numquam mitem educat
[uvam,
sed **tenerum** pronò deflectens pondere corpus
iam iam contingit summum radice flagellum;
hanc nulli agricolae, nulli coluere iuveni:
at si forte eademst ulmo coniuncta marita,
multi illam agricolae, multi coluere iuveni:
sic virgo dum intacta manet, dum inculta
[senescit;
cum par conubium **maturo tempore** adeptast,
cara viro magis et minus est invisa parenti.

„Wie eine einsame Rebe, die auf kahler Flur
wächst, / sich nie emporrankt, nie eine süße
Traube hervorbringt, / sondern den zarten
Trieb, den sein Gewicht herabzieht, zur Erde
beugt / und mit der Spitze beinahe wieder die
eigene Wurzel berührt: / Keine Bauern, keine
Stiere pflegen sie; / wenn aber dieselbe Rebe
mit einer stützenden Ulme vermählt ist, / dann
pflegen viele Bauer und viele Stiere sie: / so
altert die Jungfrau, solange sie unberührt bleibt,
und keiner kümmert sich um sie. / Ist sie aber
zur rechten Zeit eine würdige Ehe eingegangen,
/ so ist sie dem Gemahl teurer und dem Vater
weniger eine Last.“ – Übersetzung M. von
Albrecht

¹Die Strophen werden abwechselnd von Jünglingen (so die zitierten Verse) und Jungfrauen vorgetragen.